

mentifactionem passivam, sed tamen propter delictum adversus testatorem, vel ejus voluntatem commissum, vel aliam ob causam, legati indigni censentur: idque \* vel à Lege, ut (1.) A qui defunctum aut ejus ascendentem occidit: 14. C. de fideic. (2.) qui causam mortis culpa præbuit: 3. (3.) qui necem testatoris non fuit ultus: 17. 20. (4.) qui accusavit testamentum inofficiosum, falsum: &c. 5. pr. §. f. 15. (5.) qui defunctum gravis delicti reum fecit, aut status controversiam movit: 1. 9. h. (6.) qui contra tabb. bonorum possessionem petiit: 12. (7.) qui mulierem contra Legem duxit, ei auferitur illius mulieris hereditas: 2. in f. 13. (8.) qui in fratrem juris promittit, se restitutum personæ, quæ tamen capere non potest: 10. 11. 18. (9.) qui hereditatem compilavit, quatenus compilavit: 6. h. (10.) qui de hereditate viventis pactus: 30. §. f. de donat. (11.) si tutor pupillam duxerit. 2. §. 1. \* vel à testatore, v. g. a.

si legatarium malè de se meritum dixit. 4. C.

Hæc legata subsistunt ipsò jure, vindicantur fisco: 1. pr. de jur. fisc. 8. §. 14. de inoff. test.

## DE CONDIT. ET DEMONSTR. ET CAUS. ET MOD. EORUM, QUI IN- TEST. SCRIB. XXXV. I.

**D**E **CONDITIONE** vid. supr. de condit. Inst. & ad tit. de pact. Mutatio religionis, ob lucrum, turpis est: arg. 8. pr. de condit. inst. 9. 14. 15. h. 5. C. de inst. & subst. Cz. 1. d. 89. Impossibilis & turpis detrahitur, 3. 20. h. possibilis differt legatum. 41. h. 21. quand. dies legat. ced. vid. Bach. V. 2. D. 13. th. 6.

**D** **CAUTIO MVTIANA** est, qua is, cui aliquid sub conditione non faciendi, quæ ante personæ honoratæ mortem existere non (v. 72. §. 2. 101. §. p. h.) potest, relictum est, vid. 10. de V. O. §. 4. 1. eod. cavet, illi, ad quem res deficiente conditione perventura est, se conditionem impleturum, aut quod accepit, vel ejus æstimationem restitutum. 7. 18. junct. 73. h. 65. §. 1. ad S. C. Trebell. N. 22. c. 44. vid. Bach. V. 2. D. 13. th. 6. G.

**D** **DIES** certus exactionem tantum differt. 21. quando dies legat. ced. obst. 1. §. 1.

**D** **DEMONSTRATIO** est adjectio, quæ præter nomen rei designandæ gratia adhibetur. 34. §. 1. Falsa demonstratio \* non viciat ultimam voluntatem, 17. pr. & §. 1. L. 33. 34. h. 6. de R. C. 1. 8. de dot. prælegat. (modò aliàs constet de voluntate. 17. pr. h. 51. 34. §. 4. de leg. 1. 108. §. 10. de leg. 1. 1. §. 7. de dot. præleg. 75. §. 2. de leg. 1.) Sive legato adjiciatur, ad. LL. sive legatario, 33. 34. modò constet testatorem, si scivisset, rem aliter se habere, tamen ita disposuisse. arg. 77. §. 6. h. 4. C. de her. inst. Cz. 6. Bz. 22. n. 16. vid. tamen 58. §. 1. de her. inst.

\* non inducit legatum: e. g. ex 100. aureis, quos Titio legavi, Cajo 50. do lego: hoc nullum est, quoad Titium. 72. §. f. h.